

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3291

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1186, 13 avril-1186, 31 octobre]

Lieu d'émission : Fontainebleau

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Philippe [II] de la donation de 61 arpents de bois dans la paroisse de Genainville faite à l'abbaye de Jumièges par Rainsende de Maudétour, ses fils Aleaume et Eudes Talbot, avec le consentement de Christiane, femme dudit Aleaume, de son fils et de sa fille.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 18, p. 6.
- c. Berger Élie, Delaborde Henri-François, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 1, années du règne I à XV (1er novembre 1179-31 octobre 1194), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; V), 1916, n° 172, p. 207-208.
- b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXLIV, t. II, p. 82.

Dissertation critique

Datation proposée par BERGER/DELABORDE, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 1, p. 207.

Texte établi d'après a

In nomine sancte individue Trinitatis, amen.

Philipus, Dei gratia, Francorum Rex. Que bono zelo geruntur, litterarum memorie decet commendari, ne a posteris, quos ad mala proniores fore timemus, aliquatenus perperam valeant retractari. Ad noticiam ideo tam presencium quam futurorum volumus pervenire quoniam Rainsendis de Maldestor et Alelmus Talebot et Odo, filii ejus, assensu Xpistiane uxoris dicti Alermi et assensu Simonis filii sui, et Luce filie sue, et omnium heredum suorum, et assensu Theobaldi de Maldestor, et Gurrici de Genesvilla, dominorum suorum de feodo illo, ecclesie Gemmeticensi in elemosinam dederunt sexaginta et unum arpentum nemoris in parrochia de Genesvilla circa Fontem Ermeheri ad extirpandum et colendum. Quoniam autem terra illa de nobis movebat, ad nos fuit recursus, et nos dono illi et elemosine supremam manum apponentes, eam begnine laudavimus et concessimus, salvo alieno jure. Hanc itaque terram et donum quod Guerricus de Genesvilla et Paganus frater ejus et Juliana, uxor Guerrici, fecerunt predicte ecclesie Gemmeticensi et universa que Gemmeticensis ecclesia in regno nostro possidet in protectionem et custodiam nostram suscepimus, auctoritate regia prohibentes ne quis in tota terra nostra jura memorate ecclesie

violare presumat. Que omnia ut perpetuam sortiantur stabilitatem, presentem paginam sigilli nostri auctoritate ac regii nominis karactere subter annotato precepimus roborari. Actum apud Fontem Blaaudi, anno incarnati verbi M° C° LXXX° VI°, regni nostri anno septimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : signum comitis Theobaudi dapiferi nostri, signum Guidonis Buticularii, signum Mathei camerarii, signum Radulphi constabularii. Data vacante (place du monogramme) cancellaria.